



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus <Liberalis>

Basileae, 1568

VD16 A 2960

In librum VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70288](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70288)

derat. ὁ δὲ μὲν ἐπεσον μὲν αὐτὸ, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐν στρα-
τιώταις ἀνέστησεν: Populus murmure indignitatem
rei testatus est, & Caesar militem inde abduxit.

4 Inhumanum esse videtur.) Hic locus idē,
sed paulò obscurius, videtur docere, quod Cicero ad
Lentulum de Platonis sententia his verbis monet: Id
enim iubet idem ille Plato, quem ego autorem vehe-
menter sequor: Tantum contendere in republica,
quantum probare ciuibus tuis possis: vim neq; pa-
renti, neq; patriæ asferre oportere.

5 Vide ne à præsenti statu deiectus.) In
Græco est, ὅρα μὴ ἀπογοισαρωθῆς, μὴ βαρῆς. po-
sterius est: Ne mergaris. Quid autem sit ἀπογοισα-
ρωθῆς (si, quod non iudico, Græcum est, aut omnino
non deprauatum vocabulum) nescio. Neq; vereor
ne significet, imperio aut summa rerum deponi,
ἀπὸ τῆς καίσεως. neq; enim vel etymologia hæc au-
ditu digna, vel sensus loci esset vllus. itaq; liberè mea
verba supposui.

6 Antonini discipulum.) Pij scilicet, qui
antecefferat eum in imperio.

7 Quæ vultus serenitas.) τὸ εὐόδιον τῆς ὄψε-
ως: legi εὐόδιον.

In librum VII.

1 Velitationes.) In Græco est διαδογασμοί.
Quod tamen vocabulum fateor me non satis intelli-
gere. Δόρυ quidem hastam esse, vel pueri sciunt: itē,
Δόρατ' esse eius patriū casum: ut διαδογασμοὺς

χ 4 vide

videatur esse hastiludium (quod barbari vocant) id est, concertatio hastis quaedam inita. Sed haud scio quàm huc id quadret. Videtur autem, his omnibus humanæ vitæ vanitatem & varietatem voluisse demonstrare.

2 Quàm multi quondam fuere.) Aliunde huic loco videntur hæc à librario esse intercalata: incommode profectò, cum alioquin sequentia optime cum prioribus cohæreant, in quibus ostendit, nonnunquam, ubi propriæ nos vires desituunt, auxilium aliorum non aspernandum esse, dummodò nostrum officium faciamus. Etenim & Homericus ille Diomedes, socio adiuncto sperabat se propositum negotium rectius confecturum, unde est illud *Σύνοτε δὲ ὄρχουδύω*, vsitatum bonis autoribus, explicatumq; ab Aristotele libro 8. Ethicorum, de amicitia disputaturo.

3 Membrum.) In Græco est μέλη, & pro parte μέρη. Porro non fallit eruditos, membrum respectu totius & reliquorum membrorum maiore devinciri necessitate, quàm totius partes qualescunq;. Est enim omne membrum pars, non contrà. Multo ergo rectius societatem humanam & vniuersi coniunctionem intelligit, qui membrum se, quàm qui partem generis humani dicit. Discrimen hoc diuisionis eis μέλη & μέρη, etiam Strabo suæ rei accommodauit lib. 2.

4 Diuina.) *Δαιμόνια*. Legendum *Δαίμονες*, aut
saltem

saltem *δαμόνια*.

Pauca secus.) *ἢ Διλίαν*, lego *ἢ Διλίαν*. Sunt autē passim per multa, in quibus ariolo magis quā̄m interprete opus sit.

5 Nā rebus.) Promiscuē et mutilatē huc poētica quēdā sunt congesta: partim infrā lib. XI. repetita.

6 Platonica ego .) Ex apologia Socratis hæc sunt.

7 Credens ijs qui dicunt.) *ταὶ γυναιξί*, in Greco. Sanē Hector Homericus Iliad. 3. suam uxorem hac ipsa ratione consolatur, versu 487. Et est minimē muliebris hæc sententia, apud Poētas passim inculcata.

8 Est aliquis te peritior.) Adnotatum est hoc loco à librario, nō esse hic nouæ initiationis: sed coherere cum his quæ ante ea quæ ex Platone sunt huc translata, præcedebant. Sed quia illa ipsa erant mutila, id quidem non video quale sit. *καβάλιον* luctatorem dici puto, *πρὸ τὸ κατὰ βάλανον*, deijcere.

9 Omnis animus, inquit ille.) Nimirum Plato in Protagora.

10 Salaminium.) Leonem nomine, quem ad cadē ab eo duci Critias tyrannus volebat. vide Apologiam Socratis apud Platonem, et Diogenē Laërtium in vita Socratis.

In librum X.

1 Pestis, bellum.) Pro pestis, in Greco est *μῆ-*

χ *ς* *εἶ*,